

LECTI^{ON}E^S HIBERNAS

GISSENSES

ACADEMIAE RECTOR

D. IOANNES STEPHANVS

MÜLLER


INDICAT

S V B SIGILLO MAIORI ACADEMIAE

GISSAE

VI. SEPTEMBER. A. R. S. CIC 100 CLXVIII.

EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS

Academie Senior.

Lectiones tum *publicas* in Augustanam Confessionem ejusque Apologiam, tum *privatas* in Syllogen Controversiarum Fechtianam, cum selectis annotationibus denuo impressam, cum præterlapso semestri, valetudine adversa impeditus, habere non potuerit, easdem semestri, quod nunc ingredimur, Deo valetudinem meliorem, quod sperat, gratiōe largituro, nobilissimis Commilitonibus offert.

D. IO. HERM. BENNER

b. a. Decanus.

Publicē, hora XI. präelectiones exegeticas & praxin homileticam vterius persequetur. *Priuatim hora IX.* partem residuam *notitiae salutis* exponet. Plura serio voluntibus, operam suam lubentissime commodabit.

D. IO. STEPH. MÜLLER

Dogmatica, Polemica, Moralia atque Catechetica per instantis semestre tractabit,

D.



D. IO. GEORG. BECHTOLD alumnorum principalium Ephorus.

*Publice suam de divina futuorum contingentium praescientia
commentationem paeleget. Priuatim 1) Hermeneu-
ticam S. 2) artem homileticam de integro tradet 3) ea si-
mul, quae in collegio dogmatico-exegetico restant sanctissi-
mae fidei nostrae capita de prouidentia Dei, de peccato, de
gratia Dei, de Christo, de ordine gratiae, de ecclesia eiusque oe-
conomia diuersa, de nouissimis, suis e sedibus eruenda, ad
umbilicum ducturus.*

IOH. GEORG. HOFMANN SS. Th. D. & P. P. E.

*In lectionibus publicis tertiam, eamque ultimam Psalmorum
partem hoc semestri interpretabitur; perget quoque in
exegeſi IV. Euangelistarum harmonica; & posteriorem partem
Theologiae moralis ad ductum Compendii Walbiani explica-
bit, item partem alteram Historiae Ecclesiasticae Novi Testa-
menti.*

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Academiae Procancellarius.

*Simulac paelectiones in SCHMAYSSIR compendium iuris
publici finitae fuerint, easdem de integro resumet Pro-
ces-*



cessum summorum Imperii tribunalium ad dictum *epitomes
PUTTERIANAE* exponet: ad alia quoque, quae ab ipso de-
siderabuntur, paratus.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

*Jus Naturae, Institutiones, Digesta & ius criminale docebit.
Disputatorium & examinatorium offert.*

D. CHRISTIANVS HARTM. SAMVEL GATZERT

Publice tradet *Historiam Iuris Germanici priuati, criminalis
& feudalis*, duce SELCHOVIO; *Priuatim* habebit *Practicum Processuale elaboratorium & STRVII Iurispruden-
tiam forensem* praeterea explicabit.

D. LVD. GODOFR. MOGEN.

Institutiones Iuris Civilis, duce HEINECCIO; *Historiam
iuris uniuersi*, duce SELCHOVIO, docebit. Docebit &
ius Cambiale, si desiderabitur, praeeunte SELCHOVIO, &
ius Germanicum, secundum EISENHARDVM.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primarius

Hora VIII. antemeridi Physiologiam ad propriâ sua prae-
cepta tradet, veramque dogmatum illius cum princi-
piis



piis anatomicis connexionem ostendet. Hora X. Practicam Chymiae Rothianaæ partem, additis experimentis, explicabit. Hora XI. Collegium Pathologico-Therapeuticum, casibus clinicis illustratum, continuabit, & hoc semestri siad nem perducet.

D. GEORG. LVD. ALEFELD

P. P. O.

Hor. X. matut. Osteologiam, II. pom. artem obstetriciam & III. Pathologiam generalem docebit. Dissektiones quoque anatomicas data occasione suscipiet.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. Prof. Ord.

Hoc semestri Materiam medicam generalem pertractabit, & in Cel. quondam viri RICHARDI MEAD libellum, cui titulus: Monita & praecepta medica, commentabitur.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. mor. ac iuris nat. & gent.

Jus naturae & gentium L. B. de WOLE, philosophiam moralem ac civilem THVMMIGII & doctrinas oeconomicas sycovii exponet.

AN-



ANDREAS BOEHM

Log. Metaph. & Mathem. P. P. O.

Hora IV. vespertina logicam, h. V. metaphysicam, h. II.
mathesin s. puram s. applicatam, prout auditoribus e
re visum fuerit, docebit. Plura desideraturis non deerit.
Bibliothecam publicam tempore consueto aperiet.

D. LVD. GODOFR. MOGEN,

Professor Historiarum, & h. t. Decanus.

Publice tradet libellum suum, sub elogio: *Grundriß der
Geschichte der Deutschen*, Francof. 1765. 8. editum. Pri
uatim docebit *historiam statuum Europae*, secundum ACHEN
WALLVM, & *historiam Imperii R. Germanici*, ad PÜTTERI
filum.

D. IO. GEORG. BECHTOLD

utriusque eloquentiae Prof. P. O.

Publice in *illustres CICERONIS epistolas* commentabitur,
latinae linguae singularia in iis ostensurus, aut si audi
toribus magis e re sua esse visum fuerit; HORATIVM illu
strare suis dissertationibus perget. Priuatim HEINECCI
fundamenta stili denuo interpretabitur, ad plura, si deside
rentur, paratus.

IOH. GEORG. HOFMANN

LL. OO. P. P. O.

Iis, qui elapso semestri praecepta Grammatica didicerunt,
Collegium Cursorium offert, Grammaticam hebraeam de
nuo



nuo explicabit; accentuum doctrinam, Chaldaismum, Syriasmum, vel arabicae linguae fundamenta, desiderantibus tradet.

D. FRIDERIC^C. AVG^{VSTVS} CARTHEV^{SER},

Philosoph. natural. Prof. Ord.

Physicam triunam naturae regnum exponet, ac priuatis horis experimenta physica instituet.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Cittibus de luctuosa equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestrā, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

